UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Sanctorum Joachim Et Annæ Geneseos, Vitæ, Transitus Et Connexorvm

Polius, Jacobus

Herbipoli, 1652

Facvltas Reverendissimi Patris Commissarij Generalis super Provincias Germanicas, Belgicas & annexas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43946

Visual Library

APPROBATIO CENSVRIS Ordinarij.

N*Os Ioannes Melchior Epiſcopus Domitio-politanus Eminentiſſimi & Reverendiſſimi Domini, D. Ioannis Philippi Sacræ Sedis Moguntinæ ArchiEpiſcopi, Sacri Rom. Imperij per Germaniam Archi-Cancellarij, Principis Electoris, Epiſcopi Herbipolenſis & Franciæ Orientalis Ducis, per Diœceſin Herbipol. In Pontificalibus & Spiritualibus Vicarius Generalis, hiſce poteſtatem facimus, ut Hiſtoria SS. Ioachim & Annæ à R. P. F. Iacobo Polio Ordinis Minorum Recollectorum Provinciæ Coloniæ Chronologo conſcripta, & à Theologis dicti S. Ordinis relecta, & abſq; offendiculo contra fidem Catholicam bonosq; mores inventa, in lucem prodeat. In cujus fidem haſce manu noſtra ſubſcripſimus Herbipoli 17. Maij. Anno 1651.*

Ioannes Melchior Epiſc.

FACVLTAS

Reverendiſſimi Patris Commiſſarij Generalis ſuper Provincias Germanicas, Belgicas & annexas.

HArum virtute facultatem facimus R. P. F. Iacobo Polio, noſtræ Provinciæ Coloniæ ſæpius definitori, ac Provin-

vin-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vinciarum noſtrarum Germanico-Belgicarum Chronologo, prælo in communem utilitatem committendi librum, cui titulus: HISTORIA SS. IOACHIM & ANNÆ *geneſeos, vitæ, tranſitus, & connexorum, nec non Quæſtiones pro veritate tuendâ aſceticæ*, à ſe compoſitum, & per Theologos Ordinis ac Cenſorem Ordinarium approbatum, eiq; ad hoc meritum obedientiæ, & noſtram benedictionem impartimur. Datum Gandavi ſub noſtrâ ſignaturâ & officii Sigillo minori 1. Septembris Anni 1650.

F. etrus Marchant Commiſſarius Generalis.

CENSVRA PP. LECTORVM Ordinis.

Hiſtoria SS. IOACHIM *&* ANNÆ, *nec non Quæſtiones pro tuenda veritate aſceticæ, à R. P. F. Iacobo Polio nationis Germanicæ FF. Min. Strict. obſervantiæ Chronographo & Provinciæ Colon. Ex definitore magnâ induſtriâ, bonâq; methodo compoſitæ, nec non S. Scripturæ, SS. Patrum aliorumq; Eccleſiæ Catholicæ Doctorum teſtimoniis ornatæ, nihil à fide orthodoxâ & bonis moribus diſſentaneum complectuntur, quæ proinde ad magnæ Dei*

geni-